Recognoscens Generosus Theodorus Dwernicki sive eius successores
ad Instantiam praefati Generosi Stanislai Kamienski sive illius
Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemi=
sliense ex tunc recessa supraescripto quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam
peremptorio stare suscipere respondere, Vadium praefatum Inter
Inscriptioni praesenti satisfacere, et omne iudicatum pati debe=
bit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum primum
peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes Cau=
sae eiusdem Terminos semper peremptorios Vna infirmi=
tate pro maiori [illegible], successorum legatione in=
tra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta
ad [illegible], Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea
Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Prae=
mysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nul=
lasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones facien=
do, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis Qua=
ssationibus, suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri
bello Convocatione, et aliis omnibus Iuris remediis et de=
fensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evaden=
do. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemis=
sa omnia et singula mediante.

ii / III Sabbatho post Dominicam
Oculi Quadragesimalem pro=
xima Anno Dni Millesimo
Sexcentesimo Septuagesimo
Tertio.

Baczyński Baczyńskiemu Donat.

1343

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Pau-
lus Baczynski Teruszkowicz sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren-
si Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet seseque Successoribus ac bonis suis generali-
ter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subijciendo palam libere, publice ac per expressum recogno-
vit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta ni-
mirum Ogrod w ktorym przedtym były bry, nec non pomarium
Haskowskie dictum hinc in Palatinatu Russiae Terra vero et
Districtu praesenti Praemysliensi iacentia et consistentia cum
omni praemissorum Jure Dominio, proprietate, et haeredi-
tate titulo haereditario, cumque omnibus et singulis bono-
rum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus redditibus
commodis emolumentis, et obventionibus quibusvis atti-
nentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex prae-
missis Juris Dominij proprietatis, haereditatis, aut cuiusvis
Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque suc-
cessoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, sed
omnibus in genere et singulis in specie comprehensis gene-
ri per speciem et e contra in nullo derogando, verum ita
late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum
haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit
et praetendebat et prout eadem bona ipsemet Recogno-
scens tenuit, habuit et possidebat ipsumque concernebant
ac eidem legitime serviebant. Tam ex nunc et de facto stu-
                                                                                  fodio

Fedro Baczynski Tereszkowicz suo Recognoscentis fratri ger:
mano eiusq posteris, dedit, donavit, inscripsit et resignavit
prout dat, donat ac titulo pur[a]e mer[a]e perpetu[a]e et irrevocabi:
lis Donationis inscribit et resignat perpetue et in tutum irre:
vocabiliterq In quo quidem bona suprascripta pr[a]emissaq
omnia pr[a]esentibus donata et resignata is idem Recognoscens
Nobilis Paulus Baczynski Tereszkowicz Pr[a]enominato fra:
tri suo germano et Donatario suo eiusq posteris, iam ex nunc
et de facto eorum officio pr[a]esenti dat et admittit realem In:
tromissionem et actualem pacificamq possessionem per Mi:
nisterialem quemcumq competentem et Nobiles duos die qua
cumq voluerit officiose acceptandam, Per ipsum Donatarium
suum eiusq posteros hec eadem bona pr[a]esentibus donata cum
omni Iure Dominio proprietate Competentiaq et Pr[a]eroga:
tiva quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et
pacifice Uti fruendi, ac ad suos suorumq Successorum, quorum
beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi per:
petuo et duraturis temporibus. Debet et tenebitur memo:
ratus Recognoscens Nobilis Paulus Baczynski prout seu suos
Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq
pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Nobili
Fedro Baczynski Tereszkowicz fratri suo germano et Dona:
tario suo inscribit et obligat pr[a]esentibus, ipsum et eius Succes:
sores in dictis bonis pr[a]esentibus donatis et resignatis et ratio:
ne eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Iuri:
dica, quarumcumq personarum cuiuscumq Conditionis Status
et Sexus Cuiusvis existentium ex occasione suprascripto:
rum modo quovis exorienda per omnes pr[a]escriptiones
Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat
et pertinet pr[a]escriptio in omni Iudicio et officio Regni sem:
per toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere

intercedere et eliberare, indemnemq; cum posteris reddere, nec non bona praefata praesentibus resignata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem bonis praesentibus per se Recognoscentem donati cuicunq; personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem bona praemissaq; omnia praesentibus resignata importatis et importandis tum his deniq; et praeluenis processibus Juris quibusvis in quocunq; puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis, modo quovis productis et producendis, emundare et eliberare, mundaq; ac libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo praefatorum bonorum praesentibus resignatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur, eandem liberdare et effectualiter admittere, dataq; ac admissa eadem possessionem et Usum fructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumq; Donatarium suum et ipsius Successores in dictis bonis praesentibus resignatis, tam in toto quam in quavis minima parte non inquietari ita ut eadem bona praemissaq; omnia cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere habere et possidere queat, illisq; Uti frui possit, perpetuo et in aevum irrevocabiliterq; - Idq; sub damnis Terrestribus simpliciter absq; corporali iuramento taxandis et dicendis per eundem Recognoscentem Vel eius posteros supra simplici Donatario suo aut illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties

quoties

+ quotiens opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo præmisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa Complenda Citatus ejusdem me moratus Recognoscens Nobilis Paulus Baczynski Teresikowicz sive eius Successores Ad Instantiam præfati Nobilis Fedio Baczynski Teresikowicz fratris sui germani et Donatary sui sive eius Successorum Ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense exhinc recessu supraścripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere, Damna præfata simpliciter taxata luere, inscriptioni præsenti satisfacere ac omne judicatum pati debebit et tenebitur, sesq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium Ut et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum Vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem prætera Ultra proximos Officy præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus Vel duplicatis Exceptionibus suspensionibus fatalitis Juris præscriptione Terrestri bello Conventione ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non sublevando fugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Konafolski Szeptickiemu Obligat